# De sancta Katherina

dimitti. Deinde beatam Katherinā aduo-
cans ait. Quāuis reginā arte magica mo-
ri feceris: si tamen resilieris prima in pala
cio meo eris. Hodie aut dijs sacrifica aut
caput tuum amittes. Cui illa. Fac quecun
qꝫ animo cōcepisti. Parataꝫ nanqꝫ me vi
debis ad ōnia sustinenda. Data igit̃ sup̱ e
am sententia decollari iubetur. que cum ad
passionis sue locuꝫ deducta fuisset: erectis
in celum oculis orauit di. O spes ⁊ salus
credentium. O decus ⁊ gloria virginum:
Jhesu xp̄e rex bone obsecro te vt quicunqꝫ
passionis mee memoriam egerit seu in exi
tu anime vel in quacunqꝫ necessitate me in
uocauerit: tue ꝓpiciationis consequatur ef
fectum. Factaqꝫ est ad eā vox di. Veni di-
lecta mea speciosa mea. Ecce tibi celi ianua
est aperta. Nā ⁊ hijs qui passionē tuā cele-
brauerint optata p̄sidia ꝓmitto de celis.
Deniqꝫ cum decollata fuissꝫ de eius corpo
re pro sanguine lac emanauit. Angeli autē
corpus eius accipiētes: ab illo loco ad mō
tem Synai itinere dieꝝ. xx. deduxerunt: ⁊
ibi honorifice sepelierunt. Ex cuius ossib9
indesinenter emanat oleum: quod cuncto
rum debilium mēbra sanat. Passa est aūt
circa ānos dn̄i. ccc. Qualr̃ autē Maxenti-
us ꝓ h᷒ scelere ⁊ alijs que cōmisit punitus
fuerit in hystoria de inuentione sancte cru-
cis habetur. Notandū ꝙ beata Katheri
na ām̄irabilis apparet in quinqꝫ. Prīo in
sapientia. Secundo in eloquentia. Tercīo
in constātia. Quarto in mundicia castita-
tis. Quinto in priuilegio dignitatis. Pri
mo ergo ām̄irabilis apparet in sapiētia. In
ipsa em̄ fuit ōnis sp̄es philosophie. Phi-
losophia em̄ diuidit̃ in theoricā practicā ⁊
logicā. Theorica diuiditur in tres. s. in in
tellectualem. naturalē ⁊ mathematicam.
Habuit em̄ beata Katherina sapientiaꝫ in
tellectualem in cognitōne diuinorum qua
maxime vsa est in disputatōe contra rheto
res. quibus vnum solū deum verum eē ꝓ
bauit. ⁊ deos om̄s falsos esse cōuicit. Se-
cundo habuit naturalem in cognitōe om-
nium inferiorum qua maxime vsa est in dis
putatione contra imperatorem sicut patet
ibidem. Tercio habuit mathematicam in
contemptu terrenoꝝ. Hec enim sciētia s̄m
Boetium speculatur formas sine materia.
hanc beata Katherina habuit qn̄ animum
suū ab ōni materiali amore abstraxit. Hāc
enim se hr̄e ostendit cum imperatori inter-
roganti rn̄dit. Ego enim suꝫ Katherina co
sti regis filia: que qꝫuis ī purpura nata ⁊c̃.
Hac maxime vsa ē cum regina: quā ad cō
temptū mundi ⁊ despectum sui ⁊ desideriū
celestis regni animauit. Practica āt diui-
dit̃ in tres. in ethicā. iconomicā ⁊ politicā
Prima docet mores informare ⁊ se virtu-
tibus exornare. ⁊ pertinet ad om̄s. Secun
da docet familiā bene ꝯponere ⁊ ptinet ad
patresfamilias. Tercia docet vrbes ⁊ popu
los ⁊ rēpublicam bn̄ regere. et pertinet ad
rectores vrbiū. Hanc etiā triplicem sciēti-
am beata Katherina habuit. Primaꝫ em̄
habuit cum se moꝝ honestate cōposuit. Se
cundā cum familiā suaꝫ que sibi magna re
licta fuit laudabiliter rexit. Terciā cuꝫ im-
peratorem sapienter instruxit. Logica diui
ditur in tres. in demōstratiuā. probabilem
et sophisticā. Primum ptinet ad philoso
phos. Secundū ad rhetores et dyalecticos
Tercium ad sophistas. Hanc etiam tripli
cem scientiā habuisse videt̃ cū de ea scribi
tur. per varias cōclusiones silogismoꝝ alle
gorice atqꝫ methaphorice dilecte ⁊ misti-
ce multa cum cesare disputauit. Secundo
fuit ammirabilis in eloquentia. Habuit e
nim eloquentiā facundissimā in predican-
do sicut patet in suis predicatōib9. disertis-
simam in rōnem reddēdo sicut patet cuꝫ di
cebat imperatori. Miraris hoc templū ma
nu artificū fabricatū ⁊c̃. Suauissimaꝫ in at
trahendo. sicut in Porphirio ⁊ regina quos
eloquij sui suauitate attraxit. Habuit etiā
efficacissimā eloquentiā in ꝯuincēdo sicut
patet in rhetorib9 quos tā patienter ꝯuicit.
Tercio fuit ām̄irabilis in cōstantia. Fuit e
nim constātissima in minis illatis qr ipsas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0450
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG